Wolterus et Johannes, fratres, filii quondam Theodorici filii quondam Wolteri Back et Willelmus filius quondam Cornelii Goijart Bacxs tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine sue uxoris filie dicti quondam Theodorici filii quondam Wolteri Bacx, pratum quoddam dictum die Geijtskoije situm infra libertatem de Oisterwijck inter hereditatem Arnoldi de Laerhoven ex uno et inter hereditatem Johannis die Beer et liberorum quondam Henrici Kepkens ex alio, tendente a communi aqua dicta die Aa ibidem fluente ad hereditatem Henrici Rutten, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Henrico filio quondam Theodorici Bloemkens necnon Hadewigi et Margarete juniore, suis sororibus, ab eisdem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem et dimidio denariis stuvers communiter vocatis altaristis in ecclesia de Oisterwijck annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat. Testes Campen et Lambertus. Datum XII decembris.

1265/297v-5/12-12-1496. Solvit.

Dictus Johannes filius quondam Theodorici filii quondam Wolteri Bacx terciam partem totamque partem et omnem ius ad ipsum, ut dicebat, spectantes in pecia prati sita in parochia de Oisterwijc, inter hereditatem investiture de Oisterwijc predicta ex uno et inter hereditatem Johannis die Loze ex alio, tendente a communi aqua dicta die Aa ibidem fluente ad comunem plateam ibidem, ut dicebat, hereditarie supportavit dictis Woltero Bacx et Willelmo suo sororio cum iure sibi competente in quibuscumque litteris mencionem inde facientibus promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

**723. 26-05-1497 1265 / 342v-3**

Willelmus zoon van Ghijsberti van den Pettelaer en van Aleida Rutgeri Henrici van den Rullen, droeg over aan Johannes Gerardi Houbraken een erfcijs van 2 pond, te betalen met Baptist, gaande uit een huis, erf en tuin, onder Oisterwijk in de Kerkstraat, tussen erfoegd van de kinderen van wijlen Engbertus van Goch beiderzijds, strekkend van de Kerkstraat tot aan een andere straat, welke cijns genoemde Willelmus gekocht had van Johannes Servacii die Decker, als man van Elizabeth Petri Emmen.

1265/342v-3/26-05-1497. Solvit.

Dictus Willelmus (Willelmus filius quondam Ghijsberti van den Pettelaer, ab eodem quondam Ghijsberto et quondam Aleide sua uxore, filia quondam Rutgeri filii naturalis quondam Henrici van den Rullen) hereditarium censum duarum librarum monete solvendum hereditarie Baptiste de et ex domo, area et orto, sitis infra libertatem de Oesterwijc in platea ecclesie ibidem inter hereditatem liberorum quondam Engberti dicti de Goch ex utroque latere, tendentibus a platea predicta ad aliam plateam, quem censum dictus Willelmus erga Johannem dictum die Decker filium quondam Servacii die Decker, maritum et tutorem legitimum Elizabeth sue uxoris, filie quondam Petri Emmen, emendo acquisierat, prout in

litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni Houbraken (filio quondam Gerardi) cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra. (Bochoven et Campen. Datum XXVI maij).

**724. 09-09-1497 1265 / 372v-1**

Johannes Theodorici van der Stegen verkocht ten behoeve van Henricus, Margareta en Hadewich, kinderen van wijlen Theodoricus Bloemken, een erfpacht van 6 lopen rogge, te leveren met lichtmis, gaande uit een huis, erf en tuin en erfgoederen, aaneengelegen, in Oosterwijk tussen Christianus van den Kerckhoff en tussen Wolterus Wolteri, strekkend van de openbare weg tot aan de Vloet.

1265/372v-1/09-09-1497. Solvit.

Johannis van der Stegen filius quondam Theodorici hereditarie vendidit michi ad opus Henrici, Margarete et Hadewigis, liberorum quondam Theodorici Bloemken hereditariam pactionem sex lopinorum siliginis mensure de Oosterwijk, solvendam hereditarie purificationis et in Oosterwijk tradendam et deliberandam de et ex domo, area et orto cum suis fundo et hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Oosterwijk inter hereditatem Christiani van den Kerckhoff ex uno #et inter hereditatem Wolteri filii quondam Wolteri ex alio,# tendentibus a communi platea ad aquam ibidem fluentem die Vloet vocatam, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere. Testes Campen et Lambertus. Datum IX die mensis septembris.

**725. 14-01-1497 1265 / 410v-4 en 411-2**

410v-4.

Henricus Theodorici van Rut (zie 411-3: man van Jacoba Willelmi Jacobi Willelmi Leijtens) droeg over aan Katharina, weduwe van Johannes van Achel, een erfpacht van ½ mud rogge, te leveren met lichtmis, uit een erfpacht van 1 mud, welke mud rogge Johannes van Ele jaarlijks betaalt aan Willelmus van Os, gaande uit een hofstad en tuin, die toebehoorden aan Mathias Marsmans, en een huis van 3 gebinten, welk Johannes van Ele daarop bouwde, in Oosterwijk, tussen huis en tuin van Jacobus van Drijel en tussen huis en tuin van wijlen Willelmus Luten, welke ½ mud rogge genoemde Henricus verworven had van Philippus van Pausuer.

411-2.

Genoemde Henricus droeg over aan genoemde Katharina 1 mud rogge erfpacht, te leveren met lichtmis, gaande uit

1. een hofstad en erfgoederen, aaneengelegen, in Haaren in die Geveer, tussen een openbare weg en tussen de gemeint van Haaren,
2. alle goederen die aan Philippus Johannis van Haren en zijn vrouw jonkvrouw Mechtilda Johannis van Best in huwelijks contract beloofd waren,
3. uit een deel van een zekere hoeve eertijds van genoemde Johannes van Best in Helvoirt, welke mud rogge genoemde Henricus verworven had van Philippus van Pausuer.

1265/410v-4/14-01-1497. Solvit.

Henricus de Rut filius quondam Theodoricia dimidium modium siliginis annue et hereditarie pactionis solvende hereditarie purificationis de uno modio siliginis hereditarie pactionis, quem modium siliginis Johannes de Ele annuatim solvere tenet Willelmo dicto van Os de et ex domistadio et orto qui solebant spectare Mathie Marsmans et ex una camera de tribus ligamentis vulgariter gebonden, quam Johannes de Ele desuper edificavit sitis in libertate de Oosterwijk inter domum et ortum quidam Jacobi de Drijel ex uno et inter domum et ortum quondam Willelmi (f.411) Luten, quem dimidium modium siliginis dictus Henricus erga Philippum de Pausuer adquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Katharine relicte quondam Johannis de Achel cum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Campen et Lambertus. Datum XIII januarii.

1265/411-2/14-01-1496. Solvit.

Dictus Henricus unum modium siliginis annue et hereditarie pactionis siliginis hereditarie purificationis de et ex quodam domistadio cum suis fundo et attinentiis ac hereditatibus sibi adiacentibus et ad premissos spectantibus, sitis in parochia de Haren in loco dicto die Geveer, inter communem plateam ex uno et inter communitatem de Haren ex alio; item de et ex omnibus et singulis bonis dotalibus, que Philippo filio quondam Johannis de Haren cum domicella Mechtelde sua uxore filia quondam Johannis de Best in contractu matrimoniali premissa fuerant et portione ex quodam manso cum suis fundo et attinentiis olim ad dictum Johannem de Best spectante in parochia de Helvoirt ubicumque locorum sitis, quem modium

siliginis dictus Henricus erga Philippum de Paussuer adquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit dicte Katharine cum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

**726. 09-03-1497 1265 / 439-3 t/m 5**

439-3.

Niet afgemaakte akte van houtverkoop.

439-4.

Matheus Elije Smeijers, Michael Godefridi die Wijze, Johannes van Rijel, Ghijsbertus van Rijel en Johannes Hessels beloofden Jacobus Willelmi van Doerne 23 rijnsgulden wegens eikenhout onder Oisterwijk, op de hoeve van Willelmus van Os. Vervolgens beloofde genoemde Jacobus hen te vrijen van den houtscat, zoals Gerardus Kuijst en Theodoricus die Borchgreve ?dat doen? 439-5.

Johannes Theodorici van der Stegen, Nycolaus Johannis Boets, Ghijsbertus, genaamd Beert, zoon van wijlen Johannis Hermans en Johannes Willems Vendijcx, beloofden aan genoemde Jacobus 19 rijnsgulden wegens eikenhout in bovengenoemde vrijheid en hoeve.

1265/439-3/09-03-1497. Streep in margine.

Jacobus filius quondam Willelmi van Doerne huiusmodi ligna quercina sita infra libertatem de Oesterwijk, ad locum dictum Karchoven prout et quemadmodum ibidem signata sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit (verder niets).

1265/439-4/09-03-1496. Duplicetur. Solverunt ambo.

Matheus filius quondam Elije Smeijers, Michael filius Godefridi die Wijze, Johannes de Rijel, Ghijsbertus de Rijel et Johannes Hessels promiserunt super omnia et habenda Jacobo filio quondam Willelmi de Doerne viginti tres florenos renenses XX stuferos pro quolibet termino solutionis infrascripto in Buscoducis communiter ad bursam currentes, Martini hyemalis proxime futuro persolvandos occasione certorum lignorum quercinorum stantium infra libertatem de Oisterwijck, supra mansum Willelmi de Os, venditorum dictis promittentibus a Jacobo predicto. Quo facto dictus Jacobus promisit super omnia et habenda dictis promittentibus et eorum bona relevare quod.. expo...te vrijen van den houtscat, quemadmodum Gerardus Kuijst et Theodoricus die Borchgreve ac alii opidani suos emptores lignorum relevant. Testes Spierinc et Campen. Datum supra. (IX marcii, quinta post letarea).

1265/439-5/09-03-1496. Duplicetur. Solverunt ambo.

Johannes filius quondam Theodorici van der Stegen, Nycolaus filius quondam Johannis Boets, Ghijsbertus dictus Beert filius quondam Johannis Hermans et Johannes Vendijcx Willems soen, promiserunt super omnia et habenda dicto Jacobo decem et nonem consimiles renenses Martini proxime futuro persolvendos, occasione certorum lignorum quercinorum stantium in loco et super mansum predictum, venditorum dictis promittentibus a Jacobo predicto. Quo facto Jacobus promisit super omnia et habenda dictis promittentibus relevare pro totum ut supra. Testes, datum supra.

**727. 10-03-1497 1265 / 440-2 t/m 4**

440-2.

Engbertus Engberti van den Bersselaer en zijn zoon Willelmus droegen over aan Henricus Willelmi Emmen, een erfpacht van 11 sester rogge, te leveren met Remigius, gaande uit  
1. 2 huizen, erven en tuinen, onder Oisterwijk in de Molenstraat, aaneengelegen, tussen de heer Willelmus die Cuper en tussen Johannes die Brouwer,

2. een akker, de Laarakker, in Oisterwijk, tussen de kinderen van Johannes van Dongen en tussen Johannes die Becker de jonge,  
welke pacht meester Henricus Appels ten behoeve van eerst genoemde Engbertus gekocht had van Gerardus Arnoldi Groeijts.

440-3.

Petrus Johannis Quaps droeg over aan de tafel van de H.Geest in Oisterwijk het vruchtgebruik in 1 mud rogge erfpacht, te leveren met lichtmis, gaande uit

1. alle erfgoederen, welke Ghijselbertus Ghijselberti Hessels soen verworven had van Christina en Elizabeth, dochters van wijlen Wolterus Arts soen,

2. een huis en tuin in Cromvoirt tussen erfgoed van Gibo Cote? en tussen erfgoed van Ludekinus (=Luijken) Hagen,

3. een huis, erf en tuin, in 's-Hertogenbosch aan de Vughterdijk, tussen erfgoed van Wolterus van Gestel en tussen erfgoed van Henricus Mathie van Beerwinckel,

welke mud rogge Wolterus Arnoldi Wouters soen beloofd had aan Katharina weduwe van Johannes Quaps en aan haar kinderen Petrus en Gerardus, na overlijden van hun drieën toekomend aan de tafel van de H.Geest in Oisterwijk.

440-4.

Meester Johannes Lombarts, als rector van genoemde tafel, beloofde genoemde Petrus een lijfpacht van 1 mud rogge, gaande uit alle goederen van genoemde tafel.

1265/440-2/10-03-1497. Solvit.

Engbertus filius quondam Engberti dicti van den Bersselaer et Willelmus eius filius hereditariam pactionem undecim sextariorum siliginis mensure de Buscoducis solvendam hereditarie Remigii confessoris et in Buscoducis tradendam et deliberandam de et ex duabus domibus, areis et ortis contiguis sitis infra libertatem de Oesterwijck in vico dicto die Molenstraet inter hereditatem domini Willelmi die Cuper ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Brouwer ex alio; insuper ex pecia terre arabilis dicta den Laeracker, sita in parrochia de Oesterwijck inter hereditatem liberorum Johannis dicti de Dongen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Becker junioris ex alio, quam pactionem magister Henricus Appels ad opus primodicti Engberti erga Gerardum filium Arnoldi dicti Groeijs emendo acquisierat prout in litteris, hereditarie supportaverunt Henrico filio quondam Willelmi Emmen cum litteris et iure, promittens indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et aliorum heredum dicti Engberti deponere. Testes, datum supra. (Ghijsseels et Lambertus. Datum X marcii, sexta post letarea).

1265/440-3/10-03-1497. Solvit.

Petrus filius quondam Johannis Quaps usufructum ac totum ius vitalis possessionis sibi competentes in uno modio siliginis annue et hereditarie pactionis solvende hereditarie purificationis et in Buscoducis tradende et deliberande ex omnibus huiusmodi hereditatibus, quas Ghijselbertus filius Ghijselberti Hessels soen erga Christinam et Elizabeth, sorores, filias quondam Wolteri Arts soen acquisierat; atque ex domo et orto, sitis in Cromvoirt inter hereditatem Gibonis Cote? ex uno et inter hereditatem Ludekini dicti Luijken Hagen ex alio; insuper ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis ad aggerem ..... Vuchtensem inter hereditatem Wolteri de Gestel ex uno et inter hereditatem Henrici filii Mathie van Beerwinckel ex alio, quem modum siliginis Wolterus filius Arnoldi Wouters soen Katharine relicte quondam Johannis Quap ad opus sui et ad opus Petri et Gerardi, fratrum, liberorum Katharine et quondam Johannis Quap predictorum m..no... ad opus mense sancti spiritus in Oesterwijck ab eadem Katharina dum vixerit et post eius decessum a dictis Petro et Gerardo suis liberis, post omnes decessus eorundem trium et non prius a dicta mensa hereditario iure habendum et possidendum, hereditarie supportaverant, prout in litteris, supportavit mihi ad opus mense sancti spiritus in Oesterwijck cum litteris, instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Kanapart et Ghijsseels. Datum supra (X marcii sexta post letare).

1265/440-4/10-03-1497. Solvit. Videbantur antique littere.

Magister Johannes Lombarts tamquam rector dicte mense promisit sub obligatione omnium bonorum dicte mense se daturum et soluturum dicto Petro vitalem pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet vita dicti Petri durante et non ultra, purificationis et in Buscoducis tradituram et deliberaturam de et ex omnibus et singulis bonis dicte mense quorumcumque locorum consistentium, sitorum ac reperiendorum, ut dicebat, promittens insuper sub obligatione predicta warandiam et satisfacere. Testes, datum supra.

**728. 15-09-1497 1265 / 491-8 en 9**

491-8.

Johannes Huberti Lodewijchs maande drie achterstallige jaren van een erfcijns van 40 schellingen, welke cijns Gerardus Duker inwoner van Oisterwijk beloofd had aan Henricus Roempot, met Kerstmis, gaande uit al zijn goederen.

491-9.

Johannes Huberti Lodewijchs maande drie achterstallige jaren van een erfcijns van 32 schellingen, welke cijns Petrus van de Wijel van Berkel beloofd had aan Henricus Roempot, gaande uit zijn aandeel in een huis en tuin, die waren van wijlen Gerardus Duker van Oisterwijk, in Oisterwijk, tussen Heijlwigis van der Einde en tussen Johannes Buckinc, in erfcijns gegeven aan genoemde Petrus door Henricus voor genoemde dijns.

1265/491-8/15-09-1497. Vacat. Zie volgende akte.

Johannes filius quondam Huberti Lodewijchs soen hereditarium censum quadriginti solidorum monete quem censum Gerardus dictus Duker commorans in parrochia de Oesterwijck promiserat se daturum et soluturum Henrico dicto Roempot singulis annis hereditarie nativitatis domini de universis et singulis bonis antedicti Gerardi quoque locorum situatis prout in litteris monuit de tribus annis. (Verder niets).

1265/491-9/15-09-1497. Solvit.

Johannes filius quondam Huberti Lodewijchs triginta duos solidos hereditarii census monete quem censum Petrus dictus van de Wijel de Berkel promiserat se daturum et soluturum Henrico dicto Roempot de tota parte et omne iure ad dictum Henricum spectantibus in (f.491-v) domo et orto qui fuerant quondam Gerardi dicti Duker de Oisterwijck, sitis in parrochia de Oisterwijck inter hereditatem Heijlwigis dicte de Fine ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Buckinc ex alio datis ad hereditarium censum dicto Petro ab Henrico predicto (bovengeschreven: pro dicto censu) prout in litteris monuit de tribus annis. Testes Ghijssele et Lambertus. Datum XV septembris.

**729. 07-12-1496 1265 / 508v-2**

Petrus Arnoldi Vrient droeg over aan Hermanus Jordani Cleijnael de helft van 1 mud rogge erfpacht, te leveren met lichtmis, gaande uit

1. een hoeve in Oisterwijk ter plaatse Wippenhout ter plaatse op die Locht,
  2. een andere hoeve in Oirschot in de herdgang van den Notelen,
- welke pacht genoemde Hermanus Jordani Cleijnael en voornoemde Petrus Vrient gekocht hadden van Carolus en IJsebrandus, zonen van wijlen Hermannus Cleijnael.

1265/508v-2/07-12-1496. Solvit.

Petrus Vrient filius quondam Arnoldi medietatem unius modii siliginis mensure de Oirscot annue et hereditarie pactionis solvendam anno quolibet hereditarie purificationis et in Oirscot tradendam et deliberandam de et ex quodam manso sito in parrochia de Oesterwijck ad locum dictum Wippenhout ad locum dictum op die Locht atque ex quodam alio manso sito in parrochia de Oirscot in pastoria van den Notelen, atque ex iuribus et attinentiis eorundem mansorum singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis, quam pactionem predictam #unius modi siliginis# Hermanus Cleijnael filius quondam Jordani Cleijnael et Petrus Vrient predictus erga Carolum et IJsebrandum, fratres, filios quondam Hermani Cleijnael emendo acquisierant prout in litteris hereditarie supportavit dicto Hermano cum litteris aliis et iure promittens super omnia et habenda occasione, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Bochoven et Campen. Datum VII decembris.

**730. 10-03-1497 1265 / 543v-3a**

De meesters Johannes Lombarts en Adrianus Arnoldi sWolffs als provisoren van de broederschap van de H.Maagd Maria, in de kerk van Oisterwijk, droegen over aan het Groot Gasthuis te 's-Hertogenbosch nabij de Gevangenpoort een erfpacht van ½ mud, te leveren met lichtmis, gaande uit de helft van stuk akkerland, in Moergestel ter plaatse de Katerstraat, waarvan de andere helft toekomt aan de kinderen van ?Margareta Wolteri Bosschovens en van Matheus Stevens zoen, tussen Martinus Bosschovens en tussen Lambertus Johannis Vannis, welke helft Henricus Gerardi Maes soen verworven had van Johannes Back voor de gebuurcijs en voor genoemde erfpacht van ½ mud rogge, en welke pacht Gerardus Henrici die Maij verworven had van Arnoldus Arnoldi Beijs.

1265/543v-3/10-03-1496. Solvit.

Magistres Johannes Lombarts et Adrianus filius quondam Arnoldi Swolffs tamquam provisores confraternitatis beate Maria virginis, site in ecclesia de Oesterwijck, potentes ad hoc, ut dicebant, annuam et hereditariam pactionem dimidii modii siliginis solvendam anno quolibet hereditarie purificationis de et ex medietate unius pecie terre arabilis, site in parrochia de Gestel prope Oesterwijck ad locum dictum die Katherstraet, condivisa alteri medietate spectante ad liberos Margriete filie Wolteri dicti Bosschovens ab eadem et Matheo dicto Stevens zoen pariter genitos, inter hereditatem Martini dicti Bosschovens ex uno et inter hereditatem Lamberti filii Johannis dicti Vannis ex alio, quam medietatem pecie terre predictam Henricus filius Gerardi dicti Maessoen erga Johannem Back pro censu vicinorum de Oesterwijck et dicta pactione dimidii modii siliginis ad pactionem acquisierat et quam pactionem Gerardus dictus die Maij filius quondam Henrici erga Arnoldum dictum Beijs filium Arnoldi acquisierat prout in diversis litteris, hereditarie supportavit mihi ad opus maioris hospitalis siti in Buscoducis prope portam captivorum cum dictis litteris et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dicte confraternitatis ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, dicte confraternitatis ac dicti Gerardi die Maij ac quorumcumque eius heredum et successorum deponere. Testes, datum supra. (Kanapart et Ghijssele. Datum X martii, sexta post Letare).

**731. 17-08-1497 1265 / 628-5 en 6**

628-5.

Petrus Johannis Beij verkocht aan Johannes Beij ten behoeve van Arnoldus onmondige zoon van (eerst-)genoemde wijlen Johannes en van wijlen Heijlwich Amelii Artezoen, een erfpacht van 1 mud rogge, te leveren met lichtmis, gaande uit een huis, erf en tuin, onder Oisterwijk,



tussen Sophia weduwe van Thomas van der Elst en haar kinderen en tussen de heer Wolterus Back, priester, strekkend van de openbare weg tot aan de investitus van Oisterwijk. 628-6.

En hij kan weder verkopen met 40½ peters.

1265/628-5/17-08-1497. Solvit(?).

Petrus Beij filius quondam Johannis hereditarie vendidit Johanni Beij ad opus Arnoldi filii impuberis dicti Johannis ab eodem Johanne et quondam Heijlwijge filia quondam Amelii Artezoen pariter geniti, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Oesterwijck solvendam anno quolibet hereditarie purificationis et pro primo solutionis termino purificationis proxime futuro et in Oesterwijck tradendam et deliberandam de et ex domo, area et orto, sitis infra libertatem de Oesterwijck inter hereditatem Sophie relictæ quondam Thome van der Elst et eius liberorum ex uno et inter hereditatem domini Wolteri Back, presbitri, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem investiture de Oesterwijck, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere. Testes Ghijselen et Lambertus. datum supra. (XVII augusti).

1265/628-6/17-08-1497. Solvit.

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta ?cum dimidio? peters, XIX stuferos vel valorem, estimando in hiis aureum florenum overlensche rijns gulden vocatum ad XXVII stuferos, denarium dictum dat dobbel vuirijser ad tres blancas et alias pecunias na advenant secundum illam valuationem cum pactione et arrestadiis prout dictus Johannes Beij hoc palam recognovit et super omnia et habenda nomine et ex parte dicti Arnoldi sui filii dicto venditori repromisit. Testes, datum supra.

**732. 05-09-1497 1265 / 639v-2 en 3**

639v-2.

Martina Petri Martini Pels deed afstand van alle kwesties, waarmee dezelfde Martina Yda Pels weduwe van genoemde Martinus zou kunnen lastig vallen.

639v-3.

Genoemde Martina droeg over aan genoemde Yda 1/3 deel in een erfpacht van 2 mud rogge, welke pacht Henricus van Berck betaalt uit zekere erfgoederen van hem in Oisterwijk in de Koestraat.

1265/639v-2/05-09-1497. Solvit.

Martina filia quondam Petri Pels filii quondam Martini Pels cum tutore super quibuscumque causis, querelis, actionibus quibus eadem Martina Ydam Pels relictam dicti quondam Martini impetere posset in iudicio vel ex iudicio occasione quascumque usque in hodierna die ad opus eiusdem hereditarie renunciavit promittens cum tutore ratam servare, premissos..... pro se unam aliam quovis..... colore connemere. Testes Hezeacker et Ghijselen. Datum supra. (quinta septembris).

1265/639v-3/05-09-1497.

Dicta Martina cum tutore tertiam partem ad ipsam, ut dicebat, spectantem in hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, quam pactionem Henricus dictus de Berck solvere tenetur ex certis suis hereditatibus sitis in parochia de Oesterwijck in platea dicta die Koestraet, ut dicebat, hereditarie supportavit dicte Yde cum toto iure sibi in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus competente, occasione, promittens cum tutore predicto ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

**'s-Hertogenbosch, R.1266 27 / 92**

**oktober 1497 - september 1498**

001-125 P. van Os sr.

126-182 H. Pelgrom

183-218 G. van Dommelen

219-411 N. Kuyst

**733. 30-12-1497 1266 / 15-L**

Mr. Johannes Lombarts, als H.Geestmeester, gemachtigd door de heer Philippus Nouts, priester vicecuratus van de kerk te Oisterwijk, schout, schepenen, gezworenen, H.Geestmeesters en alle naburen van Oisterwijk, droeg over aan Theodoricus Willelmi van Haestrecht, een erfpacht van 4½ mud rogge en een erfcijs van 40 schillingen geld, welke Willelmus Henrici van den Bruggen beloofd had te betalen aan de tafel van de H.Geest (destijds vertegenwoordigd door Jacobus van Eel zoon van Arnoldus Houtappel en door Michael van Eerde), gaande uit twee molens, waarvan een graanmolen en de andere oliemolen, ter plaatse Stockt, belast met een erfcijs van een oude grosse, die de investitus van de kerk te Moergestel uit die molens beurt.

1266/15-L/30-12-1497. Duplicetur una pro Theodorico, alia pro mensa. Solverunt ambo. Magister Johannes Lombarts, tamquam magister mense sancti spiritus in Oesterwijck potens ad hoc vigore certarum litterarum, sigillo communitatis de Oesterwijck sigillatarum, sibi a domino Philippo Nouts, presbitro, vicecurato ecclesie de Oesterwijck, sculteto, scabinis, iuratis, magistris mense sancti spiritus et omnibus vicinis de Oesterwijck datarum et concessarum, hereditariam pactionem quatuor et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis et hereditarium censum quadraginta solidorum monete, quos pactionem et censum Willelmus filius quondam Henrici van den Bruggen promiserat se daturum et soluturum Jacobo de Eel filio quondam Arnoldi dicti Houtappel et Michaelo dicto de Eerde ad opus dicte mense sancti spiritus ex duobus molendinis consistentibus ad locum dictum Stockt quorum unus molendinus bladi et reliquus molendinus olei consistent, simul ex attinentiis, fundis [..vervaagd..] molendinorum singulis et universis, prout in litteris, hereditarie supportavit Theodorico filio quondam Willelmi de Haestrecht cum dictis litteris, aliis [et iure], promittens sub obligatione dicte mense, omnium bonorum presentium et futurorum ratam servare (f.15-v) et omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte mense deponere, tali conditione annexa quod dictus Theodoricus solvet et solvere tenebitur hereditarium censum unius grossi antiqui, quem investitus ecclesie de Gestel bij Oisterwijk ex dictis molendinis solvendum habet, sic et taliter quod dicte mense ad et super se et bona sua dampna exinde non evenerit in futurum, prout dictus Theodoricus palam recognovit et super omnia et habenda Weilhuijsen ad opus dicte mense repromisit. Testes Raassen et Vladeracken. Datum XXX mensis decembris.

**734. 31-01-1498 1266 / 31-3**

Arnoldus Johannis Mijss droeg over aan de zusters van Orthen, huis van St.Andreas in 's-Hertogenbosch aan de Hinthamerstraat, een erfpacht van 2 mud rogge, te leveren met lichtmis, gaande uit alle goederen aan Daniel van Achel of zijn vrouw Katharina door de dood van Jacobus Goebelens en Wolterus Gobelens aangekomen, resp. hen toekomend door de dood van Willelmus Goebelens, een bunder heide uitgezonderd, welke 2 mud rogge Gerardus Johannis Gerits soen van Gorp verworven had van Hessel Henrici Appels.

1266/31-3/31-01-1498. Solvit.

Arnoldus filius quondam Johannis Mijs soen duos modios siliginis hereditarie pactionis mensure de Oisterwijck, solvendam hereditarie purificationis ex omnibus bonis hereditariis et paratis Danieli dicto van Achel aut Katharine sue uxori de morte quondam Jacobi dicti Goebelens et quondam Wolteri dicti Gobelens, iure successionis hereditarie advolutis et sibi de morte Willelmi dicti Goebelens iure succesionis hereditarie advolvendis, ubicumque locorum consistentibus, in humido et sicco, in duro et in molli, dempto uno bonario merice, quos duos modios siliginis hereditarie pactionis predictos Gerardus filius Johannis dicti Gerits soen de Gorp erga Hesselonem Appels filium quondam Henrici dudum acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit mihi ad opus sororum de Orthen domus sancti Andree site in Buscoducis ad vicum Hijnthamensem, simul cum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti Gerardi filii Johannis Geritss ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Testes Vladeracken et Kuijst. Datum supra (ultima januarii).

**735. 12-02-1498 1266 / 40-2 en 3**

40-2.

Arnoldus Laureijncii Arnts soen verkocht aan Johannes Johannis Everits soen, een erfcijns van 7½ pond geld, te leveren met Petrus-stoel, gaande uit een huis, erf en tuin van 1 lopensaat, te Oisterwijk bij de linde, tussen Heilwigis Huijsmans en haar kinderen en tussen Benedictus (=Bits) Heijen, strekkend van een gemene weg tot aan het water dat daar stroomt.

40-3.

En hij kan weder verkopen met 43 rijngulden.

1266/40-2/12-02-1498. Solvit.

Arnoldus filius quondam Laureijncii Arnts soen hereditarie vendidit Johanni filio quondam Johannis Everits soen, hereditarium censum septem et dimidie librarum monete solvendum hereditarie Petri ad cathedram et pro primo solutionis termino a Petri apostoli proxime futuro ultra annum, de et ex domo, area et orto lopinatam terre vel circiter continentibus, sitis in parrochia de Oisterwijck iuxta tiliam ibidem inter hereditatem Heilwigis Huijsmans et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Benedicti dicti Bits Heijen ex alio, tendente a communi platea retrorsum ad aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere. Testes Raassen et Wolff. Datum XII februarii. 1266/40-3/12-02-1498. Solvit.

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediantibus quadraginta tribus florenis renensis XXti stuferos vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum renensem dictum den enckelen gulden pro XXXta stuvers, denarios dictos dobbel vuerijseren pro duobus et dimidio stuvers et alios denarios nae advenande et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit. Testes, datum supra.

**736. 21-02-1498 1266 / 49-3 en 4**

49-3.

Willelmus Engberti sCosters verkocht aan Godefridus die Bije een erfpacht van een mud rogge, te leveren met lichtmis, gaande uit een huis, erf en tuin te Oisterwijk, tussen Johannes Jans die Brouwer en tussen Gerardus van Os, strekkende van de gemene weg tot aan de Gemeijnen Stroom.

49-4.

En hij kan weder verkopen met 36½ peter.

1266/49-3/21-02-1498. Solvit. Scabini noluerunt.

Willelmus filius quondam Engberti sCosters soen hereditarie vendidit Godefrido die Bije, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie purificationis et in Buscoducis libere ab omnibus precariis et exactionibus domini nostri ducis ac ceteris incommodis tradendam, de et ex domo, area et orto, sitis ainfra libertatem de Oisterwijk inter hereditatem Johannis dicti die Brouwer Janssoen ex uno et inter hereditatem Gerardi de Os textoris laneorum ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum ad quamdam communem aquam ibidem retro fluentem dictam den Gemeijnen Stroom, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda [warandiam] et satisfacere. Testes Kuijst et Huickart. Datum supra. (XXI februarii).

1266/49-4/21-02-1498. Niets in margine.

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum triginta sex et dimidio peters XVIII stuferos [vel valorem] in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando et cum pactione anni redemptionis et [arrestadiis, prout] (f.49-v) emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem ad spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit. Testes Kuijst Hinckart. Datum XXI februarii.

**737. 09-03-1498 1266 / 62v-1 t/m 63-3**

62v-1.

Theodoricus Arnoldi Wanghen, als weduwnaar van Aleidis Paulus van den Nuwenhuijse, droeg aan zijn dochter Katharina over het vruchtgebruik in

1. een huis, erf en tuin en stuk land daaraan liggend, gelegen te Oisterwijk ter plaatse Kerkhoven, tussen de heer Johannes Appels, priester, en Theodoricus Stempels en tussen Willelmus van Os en genoemde heer Johannes Appels en de kinderen van wijlen Goeswinus van den Doeren, strekkende van de gemene weg tot aan genoemde kinderen van wijlen Goeswinus van den Doeren en tot aan Theodoricus Stempels,

2. een veld heide in Oisterwijk, tussen Willelmus van Os en de gemeint van Haaren en tussen genoemde heer Johannes Appels, strekkende van genoemde kinderen van wijlen Goeswinus van den Doeren tot aan genoemde gemeint van Haren,

3. ¼ deel van een stuk beemd te Oisterwijk, genoemd de Geitskooi, tussen Arnoldus van Laerven en tussen Petrus Henrici Peterss, strekkende van Nycolaus Heijen tot aan die Aa.

62v-2.

Katharina Theodoricus Arnoldi Wanghen en Leonarda Arnoldi Arnoldi Wanghen gaven aan genoemde Peter Henrici Peterss, genoemde goederen, voor een erfpacht van een mud rogge, toekomend aan Theodoricus in vruchtgebruik en aan Katharina ten erfrechte.

62v-3.

Genoemde Peter mag weder verkopen met 37 peters, zoals Theodoricus et Katharina openlijk erkenden.

63-2.

Genoemde Peter Henrici Peterss beloofde aan Leonarda 18½ peter, op Philippus en Jacobus.

63-3.

Dezelfde Peter beloofde voorts aan dezelfde Leonarda 18½ peter en een half mud rogge, op Maria Lichtmis.

1266/62v-1/09-03-1498. Veel tekst in margine.

Theodoricus filius quondam Arnoldi Wanghen, tamquam relictus quondam Aleidis sue uxoris filie quondam Pauli van den Nuwenhuijse, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo,

area et orto ac pecia terre sibi coadiacente, sitis in parrochia de Oisterwijck ad locum dictum Karichoven inter hereditatem domini Johannis Appels presbitri et Theodorici Stempels ex uno et inter hereditatem Willelmi de Os et dicti domini Johannis et liberorum quondam Goeswini dicti van den Doeren ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem dictorum liberorum et Theodorici Stempels, item in quodam campo terre mericalis sito in dicta parrochia de Oisterwijck inter hereditatem Willelmi de Os et communitatem de Haren ex uno et inter hereditatem dicti domini Johannis Appels ex alio, tendente ab hereditate dictorum liberorum ad communitatem de Haren predictam, item in quarta parte pecie prati siti in dicta parrochia dicti die Getskoije inter hereditatem Arnoldi de Laervena ex uno et inter hereditatem Petri filii Henrici Peters soen ex alio, tendentis ab hereditate Nycolai Heijen ad communem aquam ibidem fluentem die Aa vocatam, ut dicebat, legitime supportavit Katharine filie eorundem Theodorici et quondam Aleidis coniugum et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Kuijst et Achel. Datum IX marcii sexta post invocavit. 1266/62v-2/09-03-1498. Duplicetur. Solverunt ambo.

Notum sit universis quod cum ita acta esset, constitute igitur coram scabinis infrascriptis dicta Katharina et Leonarda filia quondam Arnoldi filii dicti quondam Arnoldi Wanghen, cum tutore, dictos domum, aream ortum, peciam terre, campum terre mericalis et quartam partem pecie prati, prout ibidem siti sunt et ad dictum quondam Arnoldum Wanghen seniore pertinerere consueverant, cum litteris et iure dedunt ad hereditarium pactum dicto Petro filio quondam Henrici Peters soen, ab eodem iure hereditario habendos et possidendos pro censu fundi ad tres stuferos vel circiter ascendente domino duci, pro quindecim placcis vicinis de Haren, hereditario censu quadraginta octo stuvers altari beati Laurencii martiris in ecclesia de Bucstel et hereditaria pactione unius modii siliginis mense sancti spiritus in Oisterwijck, annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab altero terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditaria pactione unius modii siliginis mesure de Buscoducis, dando et solvendo #dicto Theodorico quoad eius usufructum et Katharine quoad ius hereditarium et in Buscoducis tradendo# ab altero anno quolibet hereditarie purificationis et pro primo solutionis termino purificationis proxime futuro de et ex premissis, promittens et cum eis dictus Theodoricus, indivisi super omnia et habenda warandiam pro premissis oneribus et omnes alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Theodorico quoad eius usufructum et Katharine sue filie quoad ius hereditarium, dictam pactionem unius modii siliginis hereditarie termino solutionis et loco predictis de et ex premissis. Testes, datum supra.

1266/62v-3/09-03-1498. Solvit.

Et poterit dictus Petrus dictam pactionem redimere perpetue simul et semel cum et mediantibus triginta septem peters, XVIII stuferos vel valorem in pecunia (f.63) tempore redemptionis valuata pro quolibet computando et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis si que protunc institerint, prout dicti Theodoricus et Katharina cum tutore hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Petro repromiserunt, hoc tamen salvo quod dictus Petrus huiusmodi redemptionem ad spacium dimidii anni prefato Theodorico et Katharine seu eorum alteri legitime preintimabit et preintimare tenebitur. Testes, datum supra.

1266/63-2/09-03-1498. Solvit.

Dictus Petrus filius quondam Henrici Peters soen promisit super omnia et habenda dicte Leonarde decem et octo ac dimidium peters, XVIII stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro, persolvendos. Testes, datum supra.

1266/63-3/09-03-1498. Solvit.

Idem Petrus promisit ad hoc eidem Leonarde decem et octo ac dimidium consimiles peters necnon dimidium modium siliginis mesure de Buscoducis purificationis proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Buscoducis tradendam. Testes, datum supra.

### **738. ...-1497 1266 / 186v-3**

Arnoldus Nycolai Appels was iets van plan met de helft van een huis, erf, tuin en aanliggende erfenissen, te Oisterwijk achter de kerk, naast erf van de zusters van Oisterwijk, naast de gemene weg, strekkende van het Kerkstraatje tot aan het erf van genoemde zusters.

1266/186v-3/. Niets in margine.

Arnoldus Appels filius quondam Nycolai Appels medietatem domus, aree, orti et hereditatum sibi adiacentium in semine tres lopinatas terre vel circiter continentium, sitorum in parrochia de Oisterwijck retro ecclesiam ibidem, inter hereditatem sororum in Oisterwijck ex uno et

inter communem plateam ex alio, tendentium a communi p...na platea dicta dat Kerckstraetken ad hereditatem dictorum sororum. (Verder niets).

**739. 01-12-1497 1266 / 245-3 t/m 245v-1**

245-3.

Adrianus Arnoldi Wolffs droeg over aan Henricus Willelmi van den Dijck en diens vrouw Angela, dochter van de verkoper, een huis, erf en stuk akkerland, tesamen 2½ lopensaat, te Oisterwijk in de Gemene Akkers ter plaatse de Hoge ?Straeten, tussen Wilhelmus Thijssoen en tussen de investitus van Oisterwijk, welke goederen de verkoper verworven had van van Johannes Poeijnenborch.

245-4.

Henricus van den Dijck beloofde te geven aan genoemde Adrianus Arnoldi Wolffs en zijn vrouw Katharina een pensioen van 42½ stuiver jaarlijks gedurende het leven van hen beide, gaande uit gemelde goederen.

245v-1.

Vervolgens (na contract A) beloofde genoemde Henricus van den Dijck aan Aleijdis, Katharina, Petra, Johanna, dochters van Adrianus en Katharina voornoemd, tot behoef van henzelf en van Anthonius, zoon van Gudule, dochter van Adrianus en Katharina voornoemd, dat hij na de dood van Adrianus en Katharina, bij de deling, 65 peters in zal brengen.

1266/245-3/01-12-1497. Solvit. A.

Adrianus filius quondam Arnoldi Wolffs, domum, aream ac peciam terre arabilis sibi adiacentem, pariter duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentes, sitas in parrochia de Oesterwijck in communibus agris ibidem in loco dicto die Hoge ?Straeten inter hereditatem Wilhelmi Thijssoen ex uno et inter hereditatem investiture de Oesterwijck ex alio, quos domum, aream ac peciam terre predictos dictus Adrianus erga Johannem Poeijnenborch pridem acquisierat, ut dicebat, hereditarie supportavit Henrico van den Dijck filio quondam Willelmi cum Angela sua uxore filia dicti Adriani in ..... iure et consuetudines oppidi de Buscoducis cum toto iure sibi in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus competente, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Kuijst et Raassen. Datum supra. (1 decembris).

1266/245-4/01-12-1497.

Notum sit universis quod cum ita acta sit ut A, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus van den Dijck promisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dictis Adriano necnon Katharine sue uxori annuam et vitalem pensionem quadriginta duorum et dimidii denariorum stivers vocatorum anno quolibet vita dictorum Adriani et Katharine amborum et non ultra durante, passche et pro primo solutionis termino a passche proxime futuro ultra annum de et ex premissis, promittens insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere. Testes, datum supra.

1266/245v-1/01-12-1497.

Notum sit universis cum acta sit ut in primo contractu signato A usque ibi promittens etcetera, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis, dictus Henricus van den Dijck palam recognovit et super omnia et habenda mihi ad opus Aleijdis, Katharine, Petre, Johanne, sororum, filiarum Adriani et Katharine predictorum ad opus earum necnon ad opus Anthonii filii quondam Gudule filie Adriani et quondam Katharine predictorum promisit quod ipse post mortem Adriani et Katharine predictorum in quadam divisione de bonis per ipsos relinquendis facienda importabit et importare tenebitur sexaginta quinque peters XVIII stivers vel valorem estimando in hiis, denarium dictum dat dobbel vuerijser ad duos et dimidium stiveros ac alias pecunias nae advenant et ho... lo..o et vice premissarum #hereditatum# sibi hodierna die a dicto Adriano in subsidium mar... cum Angela sua uxore supportarum, quibus sexaginta quinque peteris #.....# importatis #idem Henricus# libere perm... possio..e promissorum, omnibus dolo et fraude in hiis secluijsis. Testes, datum supra. (Kuijst et Wolfs. Ia decembris).

**740. 24-01-1498 1266 / 276v-4**

Gerardus van den Staeck en Petrus Johannis Gerits zoen beloofden de heer Henricus van Essche, priester, procurator van de rector van het altaar van St.Agathe, in de kerk van Oisterwijk, komende St.Maarten in de winter 16 peters te betalen.

1266/276v-4/24-01-1498. Non solvit.

Gerardus van den Staeck et Petrus filius quondam Johannis Gerits zoen promiserunt indivisi super omnia et habenda mihi ad opus domini Henrici van Essche, presbitri, tamquam procuratoris rectoris altaris beate Agathe (f.277) site in ecclesia de Oesterwijck XVI peters XVIII stivers vel valorem in pecunia tempore solutionis in ?fia stup...? in Buscoducis

communiter ad bursam currente, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos. Testes Arkel et Wolff. Datum supra. (XXIII januarii).

**741. 26-01-1498 1266 / 277v-L**

De heer Henck van Essche, procureur van meester Jan Broexs, rector des altaars van St. Agatha, in de kerk van Oisterwijk, ontheft Jan van den Hoeven en Jacop Meeus soen, die hout hadden gekocht, staende op Sinte Agathen Hoeve te Haren, van elke last, uitgezonderd de houtschat.

1266/277v-L/26-01-1498. (Solvit? Vervaagd schrift)

Also heer Henck van Essche, priester, als procurator van meester Jans Broexs, rectoris dess authaers van sinte Agathe, gelegen in de kercke van Oesterwijck vercoft heeft gehad zekere (f.278) opgaende ende oeck eijcken schaerhout Jannen van den Hoeven ende Jacopen Meeus soen, staende op den hoeve genoemt sinte Agathen hoeve, gelegen onder de prochie van Haren, als zij seggen, so is gestaen voirschreven hierna geschreven die voirschreven heer Henck ende heeft geloeft super omnia et habenda den voirschreven Jannen ende Jacopen dat hij hen ende huer gueden in all ontheffen ende scadeloos houden van allen last ende commer die hen ter cause van de aff?bloemige? van den voirschreven comen mach in toecomende tijden, uutgenomen den last genoemt den houtschat. Testes, datum supra. (Vladeracken et Kuijst, XXVI januarii: laatste niet-tussengescreven akte).

**742. 21-02-1498 1266 / 305-3**

Johannes Christiani Engbrechs soen verkocht aan Engbertus Engberti Goessoenenzoen een erfelijke pacht van 1 mud rogge, die Nicolaus Adriani Heijen beloofd had aan Maria weduwe van Christianus Engbrechs soen tot haar vruchtgebruik en aan Johannes zoon van Maria en Christianus voornoemd ten erfrecht, gaande uit een huis, tuin en gronden te Oisterwijk, ter plaatse de Kerkhovense straet, bij de Draaiboem, tussen Gheertruijdis Henrici van den Dijck, en tussen Elizabeth weduwe van Johannes Raedemekers, strekkend van de Kerkhovense straat tot aan het erfgoed van Petrus Heijmerijxs soen.

1266/305-3/21-02-1498. Solvit

Johannes filius quondam Christiani Engbrechs soen hereditariam pactionem unius modii siliginis, quam pactionem Nicolaus filius Adriani Heijen promiserat se daturum et soluturum Marie relicte quondam Christiani Engbrechszoen quo ad eius usufructum et dicto Johanni filio Marie et Christiani predictorum quo ad eius ius hereditarium, hereditarie purificationis de et ex domo, orto cum suis fundis, iuribus et attinentiis, sitis infra libertatem de Oesterwijck in loco dicto die Karchovensche straet, iuxta repagulum dictum den Drijboem ibidem, inter hereditatem Gheertruijdis filie naturalis Henrici van den Dijck ex uno, et inter hereditatem Elizabeth relicte quondam Johannis Raedemekers ex uno, tendentibus a dicta platea ad hereditatem Petri Heijmerijxs soen, prout in litteris de Oesterwijck plenius videbatur contineri, hereditarie supportavit Engberto filio Engberti Goessoenenzoen cum dictis litteris et iure et arrestadiis duorum annorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui ac dicte Marie sue matris, deponere. Testes, datum supra. (Vladeracken et Wolff, XXI februarii).

**743. 07-04-1498 1266 / 331v-2 en 3**

331v-2.

Gerardus Petri van den Wijel, weduwnaar van Gudula Henrici van Buedel, stond aan Gerardus zoon van Gerardus en wijlen Gudule, het vruchtgebruik af in een derde gedeelte van  
1. een huis, erf en tuin te Oisterwijk in de Kerckstraet tussen de heer Wolterus Back, priester, tussen de kinderen van wijlen Henricus Emmenzoen, reikend van de Kerckstraet tot aan de investitura van Oisterwijk,

2. 3 lopensaat broek te Oisterwijk bij de windmolen aldaar, tussen Johanna weduwe van Goeswinus Rutten en haar kinderen, tussen Rodolphus van Dongen, reikend met beide einden aan de gemene straat,

3. erfpacht van 1 mud rogge, gaande uit een huis, erf en tuin, genaamd die Nuwe Hoeve, in Tilburg,

4. alle andere onroerende erfgoederen, die Gudula naliet en waarin genoemde Gerardus het vruchtgebruik heeft.

331v-3.

Genoemde Gerardus verkocht hierna aan Gijbo Lamberti van Gorcom een erfpacht van 1 mud rogge, te leveren met lichtmis, gaande uit voornoemde derde gedeelten.

1266/331v-2/07-04-1498.

Gerardus van den Wijel, filius quondam Petri, tamquam relictus legitimus, ut dicebat, Gudule sue uxoris, filie quondam Henrici de Buedel, usumfructum sibi, ut dicebat, competentem in

una tertia parte domus aere et orti, sitorum infra libertatem de Oesterwijck in vico dicto die Kerckstraet, inter hereditatem domini Wolteri Back, presbitris, ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Henrici Emmenzoen ex alio, tendentium a dicto vico ad hereditatem investiture de Oesterwijck; insuper in tertia parte pecie terre paludialis tres lopinatas terre vel circiter continentis, site in dicta parrochia de Oesterwijck apud molendinum venti ibidem, inter hereditatem Johanne relicte quondam Goeswini Rutten ac eius liberorum ex uno et inter hereditatem Rodolphi de Dongen ex alio, tendentis cum utroque fine ad communem plateam; insuper in tertia parte hereditarie pactionis unius modii siliginis mesure de Buscoducis solvende hereditarie ex domo area et orto cum suis iuribus et attentis dictis die Nuwe Hoeve, situs in parrochia de Tijlborch, iuxta continentiam litterarum desuper, ut asseruit, confectarum; insuper in tertia parte quorumcumque aliorum bonorum immobilium hereditariorum, in quibus dicta quondam Gudula decessit et dictus Gerardus ad presens suum habet et possidet usumfructum quorumcumque locorum consistentium, sitorum aut reperiendorum, ut dicebat # legitime supportavit Gerardo filio Gerardi et quondam Gudule predictorum et confirmando resignavit modo in talibus consueto, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Kuyt et Wolff. Datum septima aprilis, sabbato post iudica.

1266/331v-3/. Solvit.

Notum sit universis quod cum ita acta esset, ut supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis, dictus Gerardus hereditarie vendidit mihi ad opus Gijbonis filii Lamberti de Gorcom hereditariam pactionem unius modii siliginis mesure de Buscoducis, solvendam hereditarie purificationis et pro primo solutionis termino purificationis proxime futuro et in Buscoducis (f.332) tradendam et deliberandam de et ex tertiis partibus premissorum, ab eodem, promittens dictus venditor et cum eodem idem Gerardus eius pater, indivisi, super omnia et habenda warandiam et satis facere. Testes, datum supra.

**744. 26-04-1498 1266 / 340v-3 en 4**

340v-3.

Goesswinus Emmen zoon van Emondus Goessenszoen verkocht aan Godefridus Theodorici die Bije een erfpacht van 1 mud rogge, te leveren met lichtmis, gaande uit een huis, erf en tuin te Oisterwijk in de Kerkstraat, tussen Petrus Derixss en tussen Henricus die Wijze, strekkend met beide einden tot aan de gemene weg.

340v-4.

En hij kan weder verkopen met 36 peters.

